

De
pristino ordine
versuum quorundam Aeschylorum.

—♦♦♦♦♦—
Scripsit

Antonius Lowinski.

De

primo ordine

vetus quondam Aeschylorum

quondam Aeschylorum

Recentiores quidam critici si quos locos Aeschylus paullo difficiliore deprehendunt, continuo cum ad alia artificia tum ad traiectionem versuum tanquam omnium difficultatum criticarum *παράκειαν* confugere solent. Graviora nimirum vulnera fortiore medicina egere fere dicunt. Quaeritur igitur num haec fortior criticorum medicina re vera salutaris fuerit i. e. num adhibita ad sanandum Aeschylum traiectione versuum disiecta ut ita dicam membra poetae in pristinum ordinem restituta et quasi coagmentata esse videantur. Quocirca in omnes qui huc spectant locos Septem adversus Thebas fabulae denuo inquirere nescio an non inutile futurum sit, praesertim cum praesente quidem Godofredo Hermanno curiosiorem quam fructuosiore operam in traiciendis illius fabulae versibus nuper consumpserit Carolus Prienius primum Mus. Rhen. vol. IX p. 217 et p. 392 tum Symb. crit. p. 13. —

Ordinur ab eis versibus quorum ordinem facillime perturbari potuisse ipsorum librorum MSS. vestigia faciunt ut haud inepte suspicemur: veluti inde a v. 495 vulgaris ordo qui in plurimas editiones irrepsit, hic fuit:

495. *κοῦπω τις εἶδε Ζῆνά που νικώμενον.
τοιὰδε μέντοι προσφίλεια δαιμόνων·
πρὸς τῶν κρατούντων δ' ἔσμεν, οἳ δ' ἠσσομένων·
εἰκὸς δὲ πράξειν ἄνδρας ὧδ' ἀντιστάτας,
εἰ Ζεὺς γε Τυφῶ κατερώτερος μάχῃ,
500. Ὑπερβίῳ τε πρὸς λόγον τοῦ σήματος
σωτήρ γένοιτ' ἂν Ζεὺς ἐπ' ἀσπίδος τευχῶν.*

Brunckius autem Par. A B secutus ordinem v. 498 et 499 invertit. Idem placuit aliis quibusdam editoribus ut Schuetzio et Blomfieldio. Dindorfius vero totum locum inde a v. 496 interpolatum esse sibi persuasit, cui sententiae ita assensus est Hermannus, ut versus 495. 498—501 non putaret esse Aeschyli. Prienio denique qui ante de unius tantum versus: *εἰκὸς δὲ πράξειν ἄνδρας ὧδ' ἀντιστάτας* interpolatione cogitaverat, nuperrime postquam novam quandam legem Aeschylia commentus est singulos versus exigue et exiliter ad calculos vocans et nuntii narrationem cum Eteoclis responso adaequans, non potuit non Dindorfiana suspitio valde probabilis videri. Omnes igitur criticos nescio quo pacto prorsus effugit grave et incorruptum ut videtur codicis Medicei testimonium. Quo in libro si attendissent inde a v. 498 hunc ordinem extare: 498 (*εἰ Ζεὺς γε*) — 500 (*Ὑπερβίῳ τε*) — 499 (*εἰκὸς*) — 501 (*σωτήρ*), a recentiore autem demum manu quam tertiam Prienius et Ribbeckius esse voluerunt, in margine adscriptas esse litteras *βγαδ* quae vulgarem versuum ordinem indicant, praeterea si

in eodem Mediceo m. ant. non *εἰκός δὲ*, sed *εἰκός γε* scriptum esse meminissent, versus illos facile perspexissent pristino ordine qualem prima codicis illius manus testatur, servato sic esse scribendos:

495. *κοῦπω τις εἶδε Ζῆνᾶ που νικώμενον.
τοιάδε μέντοι προσφίλεια δαιμόνων·
πρὸς τῶν κρατούντων δ' ἔσμεν, οἷδ' ἡσσωμένων,
εἰ Ζεὺς γε Τυφῶ κατεργώτερος μάχη·
Ἐπερβῶ τε πρὸς λόγον τοῦ σήματος —*
500. *εἰκός γε πράξειν ἄνδρας ὧδ' ἀντιστάτας —
σωτήρ γένοιτ' ἂν Ζεὺς ἐπ' ἀσπίδος τυχῶν.*

Nunc demum versiculus ille: *εἰκός γε πράξειν κτλ.* qui vel ante v. 498 vel ante v. 499 collocatus nescio quid frigidi et putidi habet, per parenthesin a v. 499 et 501 seiunctus non modo non friget, sed adeo perelegans esse et acumen quoddam habere videtur. Nec mehercule difficile est eandem interpolationis suspitionem a vicinis versibus sana interpretatione removere. Namque Eteocles Hippomedonti Hyperbium opponens postquam viros illos deorum inimicissimorum imagines in clipeis suis gerere dixit, Hippomedontem quidem Typhonis imaginem, Jovis ipsius Hyperbium, profecto nihil magis huc appositum ratiocinando addere potuit, quam quid utilitatis inde in Thebanos, rursus quid incommodi in Argivos redundaturum esset. Primum igitur v. 495 Jovem nusquam victum esse dicit, unde consentaneum esse eum ne in clipeo quidem Hyperbii victum iri. Ut operam perdidisse appareat Emsleium pro *που* conicientem *του*: quamquam hoc probabile visum Hermanno, omnino probatum Prienio. Deinde ipsa argumentatio percommode annectitur *μέντοι* particula, quae cum non ita raro in argumentando usurpetur et paullo fortiozem significationem habeat quam simplex *τοι*, vix assequare cur non placuerit Hermanno *μέν τις* reponenti. Ceterum eodem versu quae commemoratur *προσφίλεια δαιμόνων* non potest esse mutua deorum illorum amicitia, quippe quae nulla unquam fuerit, sed eam esse amicitiam qua dii suos tueantur, ex versu proximo intellegitur: *πρὸς τῶν κρατούντων δ' ἔσμεν, οἷδ' ἡσσωμένων*, ubi pro *οἷδ'* propter insuavem *δὲ* particulae iterationem scribere malui *οἷδ'*. —

Alter locus ad quem iam delabatur disputatio nostra, cum sic scriptus extet in codice Mediceo:

260. *Θήσειν τρόπαια. πολεμίων δ' ἔσθῆμασι·
λάφρα δαίων. δουρίπληχθ' ἄγνοϊς δόμοις
στέψω πρὸ ναῶν πολεμίων δ' ἔσθῆματα.*

de turbato verborum ordine et de interpolatoris fraude vel propter bis posita verba *πολεμίων δ' ἔσθῆματα* (ut alia argumenta nunc mittam) vix quisquam dubitabit. Sed feliciter evenit ut quid insulsus ille interpolator de suo addiderit, omnino in promptu sit. Quod tamen eos fugit qui omisso ultimo versu duos priores intactos reliquerunt:

Quae versuum species vulgatae nomen obtinuit et per omnes editiones praeter Hermannianam manavit, nisi quod Blomfieldius pro *δαίων* versui saltem melius consulturus *θήων* et pro

δουρέπληχθ' Porsoni inventum δουρέληχθ' in textum recepit. Aliam viam iniit Hermannus, qui cum verba illa στέψω πρὸ ναῶν quae sola omisso pingui additamento πολεμίων δ' ἐσθήματα in Par. A et Lips. leguntur, Aeschylia colore non indigna esse recte sensisset, pristinum versuum et singulorum verborum ordinem sic reconcinnavit, ut in locum verborum λάφρα δαίων quae ne coeunt quidem in versus formam, tria illa verba substitueret: praeterea v. 260 pro πολεμίων scribendum esse putavit δαίων, proximo autem versu pro δουρέπληχθ' omissa una littera δουρέπληχθ'.

Sed videamus quid de toto loco, praesertim de duobus versibus qui praecedunt iudicandum sit. Ac totum quidem locum idem Hermannus sic scripsit:

- ἐγὼ δὲ χάρας τοῖς πολισσούχοις θεοῖς,
 255. πεδιονόμοις τε κἀγορᾶς ἐπισκόποις,
 Λίρκης τε πηγαῖς ὕδατι ἔ' Ἰσμηνοῦ λέγω,
 εὐ' ἕννευχόντων καὶ πόλεως σεσωσμένης,
 μήλοισιν αἰμάσσοντας ἐστίας θεῶν,
 ταυροκτονοῦντας θεοῖσιν, ὧδ' ἐπεύχομαι
 260. θήσειν τροπαια, δαίων δ' ἐσθήματα
 στέψω πρὸ ναῶν δουρέπληχθ' ἄγροῖς δόμοις.
 τοιαῖτ' ἐπεύχου μὴ φιλοστόνως θεοῖς κτλ.

Aliter in emendandis his versibus versatus est Ritschelius qui nuperrime de universo hoc loco eximia ut solet doctrina et singulari acumine disputavit prooemio ind. scholarum universitatis Bonnensis per menses aestivos huius anni habendarum*). Idem tamen ut v. 259 ταυροκτονοῦντας θεοῖσιν ὧδ' ἐπεύχομαι interpolatum esse probaret, quatuor argumentis usus est speciosis illis quidem, sed nisi fallimur maximam partem captiosis. Veluti vix intellegas cur tam graviter offenderit in asyndeto αἰμάσσοντας — ταυροκτονοῦντας cum omnino tum in participiis quae cognatam significationem habent unamque quasi notionem efficiunt, non solum a poetis tragicis, verum etiam a quibuslibet scriptoribus saepissime usurpato. Ad unam autem eandemque sacrificii notionem spectare hoc loco utrumque participium manifestum est. Quapropter etiam Engeri Prienique coniecturis supersedere possumus, illius quidem Annal. nov. phil. et paed. vol. LXXV p. 48 pro ταυροκτονοῦντας eiusdem asyndeti causa καὶ βουθυτοῦντας comminiscens, huius tum propter asyndeton tum propter θεοῖσιν vocis repetitionem ταυροκτονοῦντας τέ σθιν scripsisse Aeschylum opinantis. Ab eadem repetitione quae iam pridem Blomfieldium torserat, etiam Ritschelius alterum argumentum suum repetiit post verba ἐστίας θεῶν ipso proximo versu repetitum θεοῖσιν ferri posse negans. Huc accedit tertium idque gravissimum argumentum quod in virtutis poeticae aestimatione idem quaesiverat Ritschelius inverso potius ordine ταυροκτονοῦντας θεοῖσιν — μήλοισι θ' αἰμ. ἔ. θ. contendens scribendum fuisse propterea quod a graviore et exquisitiore genere dicendi descendere ad tenuius et ieiunius poeta indignum esset. Haec acute et subtiliter disputata esse ut libenter concedamus, necessario tamen inde consecutariam esse v. 259 interpolationem minime concedimus aliquodpiam vitium potius latere suspicantes in molesta repetitione θεοῖσιν voculae quae deest in cod. Taur., cuius scripturae emendatio si fieri potest sic est insti-

*) Hanc disputationem humanissime mecum communicavit vir clarissimus.

tuenda, ut etiam tertium illud argumentum Ritschelii difluatur. Sed ratio habenda etiam quarti argumenti Ritscheliani quod spectat ad constructionem verborum *ταυροκτονοῦντας ἐπέχομαι θήσειν*, quae personae significatione carere ne scholiastam quidem Mediceum *λείπει ἡμᾶς* annotantem praeteriit. Nec praeterrittenda est alia quaedam offensio iam ab ipso Ritschelio animadversa: constanti enim loquendi usu tropaeum statuere *ἰσταναι τροπαῖον*, non *τιθέναι* dici solet. Longe gravissimum denique incommodum in ipsa inest tropaeorum commemoratione quae cur tandem vel ad sacrificantes vel ad sacrificia ipsa referatur a poeta, explicari haudquaquam potest. Neque tamen de emendatione vocis *τροπαῖα* praepostere cogitandum cum Engero sic versus illos emendare sibi viso:

ἐπέχομαι
θήσειν πρόναα πολεμίων δ' ἐσθήματα
λάφρα δάων δουρίπηχθ' ἄγνοϊς δόμοις.

Contra nihil esse evidentius potest quam tropaeorum commemoracionem ad ea quae sequuntur verba pertinere, quibus ipsis mos ille figendorum in templis spoliolorum hostilium i. e. ipsorum tropaeorum dedita opera a poeta significetur. Quid multa? Paullulum obscuratam poetae manum sic instaurari posse conicio ut primum v. 260 post *θήσειν* interpungamus eodemque versu pristinam codicis Med. scripturam *ἐσθήμασι* praeferamus alteri *ἐσθήματα* quam sec. m. supra addidit, denique v. 259 probabiliter emendemus depravatam *θεοῖσιν*, pro quo *θήσειν* substituendum videtur. Hac enim voce commodissime et aptissime perquam inelegans iteratio illa removeri simulque exaggerari verbi *ταυροκτονοῦντας* significatio potest. Hoc igitur modo versus ab Aeschilo scriptos esse crediderim:

μήλοισιν αἰμάσσοντας ἐστίας θεῶν,
ταυροκτονοῦντας θύεσιν ὡδ' ἐπέχομαι
260. *θήσειν' τροπαῖα πολεμίων δ' ἐσθήμασι*
στέψω πρὸ ναῶν δουρίπηχθ' ἄγνοϊς δόμοις.

Vovet igitur Eteocles primum sese institurum eos qui diis sacra facturi sint i. e. qui deorum focos sanguine ovium conspersuri et tauros sacrificiis i. e. pro sacrificiis occisuri sint, (*μήλοισιν αἰμάσσοντας κτλ.* — *ταυροκτονοῦντας θύεσιν κτλ.* — *θήσειν*), tum tropaea hostilia pro templis i. e. in usum templorum hastis percussa sive capta (*τροπαῖα πολεμίων πρὸ ναῶν δουρίπηχθ'*) ipsum in sacris domibus vestimentis ornaturum (*ἐσθήμασι στέψω ἄγνοϊς δόμοις*). Itaque recte sese habet *δουρίπηχθ'* quod libri habent, idemque valet atque Euripidis *δορυθήρατος* Troad. v. 576 loco imprimis huc apposito quem attulit Ritschelius: *ὀπλοῖς σκίλοις τε Φοργῶν δορυθήρατοις, οἷσιν Ἀχιλλῆως παῖς Φθιώτας στέψει ναοῦς*. Nihil igitur opus est coniectura Hermannii *δουρίπηχθ'* certatim probata criticis, quantumvis duplicem *ταυτολογίαν* in verbis illis *στέψω* — *δουρίπηχθ'* et *πρὸ ναῶν* — *ἄγνοϊς δόμοις* inesse apertum sit. Facillime nunc qui sapiat etiam originem tum falsae scripturae *ἐσθήματα* v. 260 (pro *ἐσθήμασι*) tum glossematum *λάφρα δάων* et *πολεμίων δ' ἐσθήματα* perspiciet. Hanc enim omnem repetendam esse a falsa coniunctione verborum *θήσειν τροπαῖα* tanquam a communi fonte tam est manifestum ut ne verbum quidem addam. Praeterea aliud incommodum hac simplicissima et emendandi et interpretandi ratione devitatur. Etenim Hermannianam recensionem si sequimur, proximus versus: *τοιαῦτ' ἐπέχον μὴ φιλοσιόνως θεοῖς* vix stare potest. Nam potuisse quidem Eteoclem ipsum vovere sese spolia hostilia affixurum esse in templis, non

potuisse talia vovere etiam virgines iubere acutissime sane pervidit Ritschelius. Sed lacunae artificio in quod ille incidit:

τοιαῦτα [ἀμὰ προσδέχοινθ' ὀρκώματα,
σὺ δ' οὖν] ἐπέυχου κτλ.

facile carebit is qui nostram explicationem sequi maluerit. Mos autem vovendorum vestimentorum cum ex VI libro Iliadis notus sit tum ab ipsis virginibus commemoratur eiusdem fabulae v. 97 *πέπλων καὶ στέρφρων πότ', εἰ μὴ νῦν, ἀμφὶ λιτάν' ἔξομεν;* —

Finem iam faceremus argumentationi nostrae, nisi dubitationem movisset Ritschelius etiam de emendatione v. 256 quam nuper proposuimus Mus. Rhen. vol. XI p. 304. Ubi cum nec quod omnes libri praebent: *οὐδ' ἀπ' Ἰσμηνοῦ λέγω* defendi nec ferri posse speciosius quam verius inventum Geelii *ἔδαί τ' Ἰσμηνοῦ λέγω* quod tam egregie imposuit criticis tantum non omnibus, satis probabiliter demonstrassem, de parenthetico certe usu verbi *λέγω* non potui non cogitare: quod ipsum in unius constructionis continuitate *ἐκ παραλλήλου* positum *ἐπέιχομαι* verbo non mediocriter offendere Ritschelius quoque concessit. Necessaria igitur et omni numero plausibilis habenda est emendatio illa in quam incidi: *οὐθαί τ' Ἰσμηνοῦ λέγω*. Praeter deos urbanos, paganos et forenses invocat Eteocles etiam numen fluviatile fontes Dircaeos, quos quidem et ad Thebas ut *Ἰσμηνοῦ πόλιν* pertinere et fertilissimos esse ut admoneret, explicationis caussa *οὐθαί τ' Ἰσμηνοῦ λέγω* verba addidit. Nec sane est cur alterum quoque numen fluviatile separatim invocatum esse putemus ab Eteocle: eandem rationem etiam paulo post v. 290 poeta secutus est item non Ismenum, sed solam Dircen ut praestantissimum Thebarum fontem commemorans: *ἔδαρ τε Διρκαῖον, εὐτραφέστατον πομάτων κτλ.* Quae si recte disputavi, totum locum non incommode sic legerim:

ἐγὼ δὲ χώρας τοῖς πολισσοῦχοις θεοῖς,
255. *πεδιονόμοις τε κάγοράς ἐπισκόποις,
Διρκῆς τε πηγαῖς, οὐθαί τ' Ἰσμηνοῦ λέγω,
εὐ ξεννηχόντων καὶ πόλεως σεσασμένης,
μήλοισιν αἰμάσσοντας ἐστίας θεῶν,
ταυροκτονοῦντας θύεσιν ὧδ' ἐπέιχομαι*
260. *θήσειν τροπαῖα πολεμίων δ' ἐσθήμασι
στέφω πρὸ ναῶν δουρίπληχθ' ἄγνοις δόμοις.
τοιαῦτ' ἐπέυχου μὴ φιλοσιτόνως θεοῖς κτλ.*

Igitur praeter paucularum litterarum tantulam mutationem a codicum memoria recedere nequaquam ausi sumus: contra Ritschelius tam audacter locum illum perpolivit ut eius *διόρθωσις* quam infra posuimus quamvis sollers et in suo genere praestans sit, parum tamen probabilitatis habere videatur;

ἐγὼ δὲ χώρας τοῖς πολισσοῦχοις θεοῖς
255. *πεδιονόμοις τε κάγοράς ἐπισκόποις,
Διρκῆς τε πηγαῖς ἔδαί τ' Ἰσμηνοῦ λέγω,
εὐ ξεννηχόντων καὶ πόλεως σεσασμένης,
μήλοισιν αἰμάσσαν τόθ' ἐστίας θεῶν*
260. *θήσειν τροπαῖα δαίτων ἐσθήματα,
στέφω λαφύρα δουρίπληχθ' ἄγνοις δόμοις.*

τοιαῦτα [τάμὰ προσδέχονθ' ὀρχώματα.

σὸ δ' οὖν] ἐπέυχου μὴ φιλοστόνως θεοῖς κτλ.

Tertius ad quem tractandum accedimus locus insigni quodam errore Hermanni nobilitatus est. Undeviginti enim versus illos 785 — 801 tanta tamque incredibili licentia tractavit criticorum princeps, ut non tam pro virili parte in pristinum nitorem restituere depravatos Aeschyli versus, quam ipsum poetam emendare atque eliminare voluisse iure existimandus sit. Quae licentia quo magis eluceat, Hermannianam recensionem ex adverso posuimus versuum ordini qualem omnes codices testantur:

Versuum ordo qualem codices testantur. Hermanniana recensio.

785. *A.* [πόλις σέσωσται, βασιλέες δ' ὁμοσπόροι] πόλις σέσωσται· βασιλέων δ' ὁμοσπόροι
ἄνδρες τεθναῖσιν ἐκ χειρῶν αὐτοκτόνων.
X. τίνας; τί δ' εἶπας; παραφρονῶ φόβῳ λόγον. τίνας; τί δ' εἶπας; παραφρονῶ φόβῳ λόγον.
A. φρονοῦσα νῦν ἄκουσον, Οἰδίπου γένος — φρονοῦσα νῦν ἄκουσον, Οἰδίπου γένος
X. οἱ γὰρ τάλαινα, μάντις εἰμὶ τῶν κακῶν. οἱ γὰρ τάλαινα, μάντις εἰμὶ τῶν κακῶν.
A. οὐδ' ἀμφιλέκτως μὴν κατεσποδημένοι — πέπωκεν αἶμα γὰρ ὑπ' ἀλλήλων φόνῳ.
790. *X.* ἐκεῖθι κήληθον; βαρέα δ' οὖν ὅμως φράσον. ἐκεῖθι κήληθον; βαρέα δ' οὖν ὅμως φράσον.
A. οὕτως ἀδελφαῖς χερσὶν ἠγαίροντ' ἄγαν. ἄνδρες τεθναῖσιν ἐκ χειρῶν αὐτοκτόνων.
X. οὕτως ὁ δαίμων κοινὸς ἦν ἀμφοῖν αἶμα. οὕτως ἀδελφαῖς χερσὶν ἠγαίροντ' ἄγαν.
A. αὐτὸς δ' ἀναλοῖ δῆτα δύσποτον γένος. οὐδ' ἀμφιλέκτως μὴν κατεσποδημένοι.
τοιαῦτα χαίρειν καὶ δακρύεσθαι πάρα· X. οὕτως ὁ δαίμων κοινὸς ἦν ἀμφοῖν αἶμα.
795. *πόλιν μὲν εὐπράσσοσαν, οἱ δ' ἐπιστάται, A.* αὐτὸς δ' ἀναλοῖ δῆτα δύσποτον γένος.
δισσῶ στρατηγῶ, διέλαχον σφυρηλάτῳ τοιαῦτα χαίρειν καὶ δακρύεσθαι πάρα·
Σκύθη σιδήρῳ κτημάτων παμπησίαν. πόλιν μὲν εὐπράσσοσαν, οἱ δ' ἐπιστάται
ἔξουσι δ' ἦν λάβωσιν ἐν ταφῇ χθονός, δισσῶ στρατηγῶ διέλαχον σφυρηλάτῳ
πατὴρ κατ' εὐχὰς δυσπόμενος φορούμενοι. Σκύθη σιδήρῳ κτημάτων παμπησίαν.
800. *πόλις σέσωσται· βασιλέων δ' ὁμοσπόροι* ἔξουσι δ' ἦν λάβωσιν ἐν ταφῇ χθόνα,
πέπωκεν αἶμα γὰρ ὑπ' ἀλλήλων φόνῳ. πατὴρ κατ' εὐχὰς δυσπόμενος φρουρούμενοι.

Quem versuum ordinem pristinum fuisse ut probaret Hermannus, tanta argumentandi confidentia usus est, ut omnino persuaserit Prienio: qui inventum illud tanquam specimen artis criticae omnibus numeris absolutum admirans non intellexit Hermanniano ordine inveceto omnem vim et virtutem versuum illorum misere corrumpi. Certum enim consilium et insignis quaedam ars poetae in eo nisi nos omnia fallunt consistit quod de industria abrupte et tecte loquentem nuntium facit et quasi tergiversantem huc illuc, donec quale sit illud *πρᾶγος νεόκοτον πόλει παρὸν* a quaerenti identidem choro cogatur ut clare et definite exponat his verbis:

βασιλέων δ' ὁμοσπόροι

πέπωκεν αἶμα γὰρ ὑπ' ἀλλήλων φόνῳ.

Sensim igitur et pedetentim eundem nuntium timidus virgines de mutua fratrum regionum caede certiores facere consentaneum est. Ergo non modo contra artem, verum etiam contra sanam rationem peccasset poeta, si eo quo Hermannus voluit ordine primum diserte commemorasset regio fratres v. 785, deinde v. 791 eosdem tecte dixisset *ἄνδρες*: et quod eo-

dem redit, si ante v. 789 breviter et aperte mutuam regum caedem narrasset, deinde v. 793 et 797 sqq. eandem rem per longas ambages obscure significasset. Nec v. 790 *ἐκεῖθι κῆλθον; βαρέα δ' οὖν ὁμῶς φράσον* recte excipit praecedentem versum. Nam quid tandem est quod nuntius postquam rem omnem modo distincte exposuit choro, ab eodem choro porro narrare iubeatur? Nec desunt alia non pauca quibus Hermannianus error vel maxime coarguatur: veluti falso disiunctum esse versum chori οἱ γὰρ τάλαινα, μάντις εἰμὶ τῶν κακῶν a versu nuntii οὐδ' ἀμφιλέκτως μὴν κατεσποδημένοι. Sed haec et id genus alia in clariore luce positum iri confido, si tralaticium versuum illorum ordinem simplici ratione neque ullis interpretandi praestigiis ab omni traiectione vindicavero. Nuntius igitur postquam urbis salutem satis copiose enarravit v. 774 sqq., mutuam fratrum caedem obscurissimis verbis tangit v. 781 sqq. Quae cum neutiquam intellegat chorus, quid tandem sit quod modo significaverit nuntius, hoc versu quaerit:

τί δ' ἐστὶ πρᾶγος νεόκοτον πόλει παρόν;

Ad haec ita respondet nuntius ut rem ipsam narret, sed ad quos illa spectet, ut nisi coniciendo sciri nequeat:

ἄνδρες τεθνήσιν ἐκ χειρῶν αὐτοκτόνων.

Alter versus in libris huic praepositus, a nobis autem tanquam assutus pannus uncis inclusus: *πόλις σέσωσται, βασιλῆες δ' ὁμόσποροι* quem patet margini adscriptum fuisse ab interprete aliquo ad explicanda chori verba *τί δ' ἐστὶ πρᾶγος νεόκοτον πόλει παρόν* et cuius origo ex v. 801 repetenda est, tam rudem manum prodit, ut non esse ab Aeschilo scriptum vel turbata diverbii aequabilitas vel commemoratio regum ab hoc loco alienissima vel denique ipsa *βασιλῆες* forma luculento nobis documento sit. Sed quos *ἄνδρες* dicat nuntius, cum iterum nesciat chorus, non potest non illud quoque quaerere:

τίνας; τί δ' εἶπας; παραφρονῶ φόβῳ λόγον.

Ad haec ita respondet nuntius, ut primum *παραφρονῶ* voci aptissime opponat suum *φρονόσα*, tum narrationem ipsam ab Oedipi generis commemoratione incipiat. A praesagienti autem choro narratio interrumpitur hoc versu:

οἱ γὰρ τάλαινα, μάντις εἰμὶ τῶν κακῶν.

Huic exclamationi non minus conveniens est quod sequitur responsum nuntii:

οὐδ' ἀμφιλέκτως μὴν κατεσποδημένοι —

Nec enim ambiguo quasi vaticinio opus esse dicit et rem qualis sit, denuo narrare incipit. Sed iterum narratio nuntii repente praeciditur chori interrogatione:

ἐκεῖθι κῆλθον; βαρέα δ' οὖν ὁμῶς φράσον.

Ad quae nuntius praecisam orationem continuans et concludens respondet:

οὕτως ἀδελφαῖς χερσὶν ἠναίροντ' ἄγαν.

οὕτως i. e. *κατεσποδημένοι* ut ante dixit.

Nunc demum chorus postquam paullatim et minutatim caedem fratrum e nuntio comperit, sortem eorum satis aequo animo conqueritur:

οὕτως ὁ δαίμων κοινὸς ἦν ἀμφοῖν ἄμα.

Id confirmat etiam nuntius:

αὐτὸς δ' ἀναλοῖ δῆτα δύσποτον γένος.

simul autem ut consoletur chorum vel saltem dolori laetitiam addat, omnia complectens et quasi bene compositam narrationem nunc demum incipiens iterum tum in urbis salute tum

in fratrum caede exponenda versatur et primum quidem salis universe et lecte; tum plane et plene his versibus:

*πόλις σέσωσται βασιλείῃν δ' ὀμοσπόροιν
πέπωκεν αἷμα γὰρ ἵπ' ἀλλήλων φόνον.*

Hanc interpretationem totius loci eximia sane arte a poeta elimati qui sequi velit, nec *ταυτολογία* reprehendet in duobus ultimis versibus et Hermannianam traiectionem non minus respuet quam Dindorfii Prieniique interpolationis suspitionem. Ultimi enim quattuor versus qui Dindorfio vel duo priores ex his qui Prienio interpolati videntur, tam profecto sunt Aeschylī quam Aeschylus ipse, modo levem maculam deleveris quae insedit in hoc versu: *πατρὸς κατ' εὐχῆς δευσπότονος φοροῦμενοι*, ubi pro *φοροῦμενοι* quod intellegi nequit, cave cum Hermannō reponas *φρουρούμενοι* quod non magis intellegi potest, sed ut hic versus cum sequentibus arctius cohaereat, lenissima potius emendatione scribendum *φρούμενοι*: qui enim cruce commixti sive inquinati iacent, eorum sanguinem terram bibere commode post addit poeta. —

Iam reliquos locos ad quod emendandos idem traiectionis artificium adhibuerunt critici, deinceps persequar. veluti cum inde a v. 238 hunc ordinem exhibeant libri:

- X. ὦ παγκρατῆς Ζεῦ, τρέψον εἰς ἐχθροῦς βέλος.
E. ὦ Ζεῦ, γυναικῶν οἶον ὅπασας γένος.
240. X. μοχθηρόν, ὡσπερ ἄνδρες ὦν ἀλῶ πόλις.
E. παλινστομεῖς αὐθιγάνουσ' ἀγαλιμάτων;
X. ἀψυχία γὰρ γλώσσαν ἀρπάζει φόβος.
E. αἰτουμένω μοι κοῦτρον εἰ δοίης τέλος.

rectissime Eleocles exclamanti choro ὦ παγκρατῆς Ζεῦ suum ὦ Ζεῦ quod non intellego cur improbatum sit a Prienio, opponit: sed proximos versus non cohaerere bene sensit Prienius, quanquam neque omnia argumenta quae afferre debebat attulit et in sanando loco falsus est. Primum autem significationem verbi *παλινστομεῖς* quod ipsum per se suspectum est, parum convenire timidis virginibus vel ex additis verbis illis summum timorem indicantibus *θιγγάνουσ' ἀγαλιμάτων* intellegi potest. Nec qui sequitur versus: *ἀψυχία γὰρ γλώσσαν ἀρπάζει φόβος* quomodo in *παλινστομεῖν* verbi notionem quadret, ullo artificio expedias: qui enim contra dicit, in eum nec timor cadere potest nec ignavia. Sed accedit etiam hoc incommodum quod Eleocles ad ea quae altercans chorus ipsi tanquam opprobrio vertit his verbis: *ὦν ἀλῶ πόλις*, nihil omnino respondet, id quod abhorret ab Aeschylī diverbii elegantia. Atque hoc unum argumentum satis idoneum esse puto, quo non *παλινστομεῖς* (pro quo ceterum codex Lips. et Ald. *πάλιν στομεῖς* praebent), sed *πόλιν στένεις* scripsisse Aeschylum in clarissima luce ponatur. Quam emendationem cum postea cognovissem iam pridem praeoccupasse Pauwium, non potui satis mirari cur eam tacuissent cum alii critici tum Prienius ad hanc traiectionem delapsus:

- X. ὦ παγκρατῆς Ζεῦ, τρέψον εἰς ἐχθροῦς βέλος.
E. παλινστομεῖς αὐθιγάνουσ' ἀγαλιμάτων;
X. ἀψυχία γὰρ γλώσσαν ἀρπάζει φόβος.
E. ὦ Ζεῦ, γυναικῶν οἶον ὅπασας γένος.
X. μοχθηρόν, ὡσπερ ἄνδρες ὦν ἀλῶ πόλις.
E. αἰτουμένω μοι κοῦτρον εἰ δοίης τέλος.

Ceterum quam proclivis fuerit *πάλιν* et *πόλιν* vocularum commutatio, comprobatur etiam v. 594 eiusdem fabulae: ubi codicis Medicei scriptura *πάλιν* quam reposuit Hermannus ob eam rem collaudatus a Prienio, reliquorum librorum scripturae *πόλιν* sine dubio postponenda est, si quidem duces illi expeditionem suscipientes non de reditu cogitarunt, sed de expugnandis Thebis: quae urbs *τὴν μακρὰν πόλιν* verbis significatur, ut *μακρὰ πόλις* idem sit quod *ἄκρα πόλις*, cuius significationis exempla satis nulla Homeri carmina suppeditant. In hac significationem optime convenit etiam sesquipedale verbum proximi versus *συγκαθέλκυσθήσεται*: quod quidem si *πάλιν* scripturam sequimur, ne intellegi quidem potest. —

Sed redeo ad traiectiones: quarum eam quam suasit idem Prienius duobus versibus 396 — 397 ante v. 393 collocatis, iure reiecit Engerus p. 56. Nam perversa illa collocatione non solum bene cohaerens Melanippi descriptio medio in cursu dirumpitur, verum etiam gravissimum argumentum quo recte in fine orationis utitur Eteocles, mirum quantum infringitur. Sed ne ea quidem quam ipse Engerus p. 59 proposuit, versuum 528 — 529 traiectio probari potest: ubi id unum fortasse recte ambigitur utrum *ὁ Παρθενοναῖος Ἀρκάς* an cum Mediceo quem sequitur Hermannus, geminata liquida *Παρθενοναῖος Ἀρκάς* scribendum sit, sed illud certe extra omnem dubitationem positum est, non scripsisse Aeschylum quod Prienius coniecit *ὁ παρθένου παῖς Ἀρκάς*: quocum male comparavit Sophoclis Euripidisque *Ἀταλάντης γόνος* et *κυναγοῦ ἐχγονος*: haec enim intellectu facilia sunt et perspicua, non item illa *ὁ παρθένου παῖς* verba, quibus quis tandem significetur, ne divinando quidem assequi possis. Nec probabilius videtur quod de subsequenti versu: *μείσικος, Ἀργεὶ δ' ἐκτίνων καλὰς τροχὰς* indicavit Prienius de voce *μείσικος* iniuria suspicionem movens: Parthenopaeum enim accurate describens nuntius non est cur illius *μεισικίαν* aut consulto tacuisse aut tecte significasse putetur: immo vero eo fortius illum pro Argis pugnaturum esse significare voluit, quo maius ipsum educationis beneficium esset quod ille Argis tanquam alteri patriae deberet. —

Sed in solo traiectionis artificio non acquiescens Prienius tribus vicinis versibus 531 sqq. reconcinandis quos hoc ordine scriptos libri praebent:

*εἰ γὰρ τύχοιεν ὧν φρονοῦσι πρὸς θεῶν
αὐτοῖς ἐκείνοις ἀνοσίοις κομπάσμασιν
ἢ τῶν πανόλεις παγκάκως τ' ὀλοῖατο.*

etiam alterum artificio adhibuit: quippe Dindorfio assentiens non solum v. 532 — 533 ordinem perturbatum esse, sed etiam ante v. 531 duos versus excidisse sibi persuasit, id quod hac specie expressit:

*εἰ γὰρ τύχοιεν ὧν φρονοῦσι πρὸς θεῶν,
ἢ τῶν πανόλεις παγκάκως τ' ὀλοῖατο
αὐτοῖς ἐκείνοις ἀνοσίοις κομπάσμασιν.*

Sed haec quam inter se repugnent, nemo non sentit. Sic enim vertenda: utinam a diis consequerentur quae cogitant: tum profecto funditus perirent una cum ipsis istis impiis iactationibus. At vero qui ea quae optant sive cogitant, assequuntur a diis, cur tandem ipsi perire dicuntur? Eodem fere redit interpretatio scholiastae alterius, nisi quod hic etiam verba *ὧν φρονοῦσι* perperam interpretatus est: *ὧν καὶ ἤμῶν φρονοῦσιν*. Sed operae pre-

lium est totam explicationem scholiastae illius cognoscere. Est autem haec: ἡ καιασκευὴ αὐτῆ πρὸς τὸν τοῦ ἀγγέλου λόγον ἔστιν. εἰπόντος γὰρ ἐκείνου ἄπερ ἀπειλεῖ τῇ πόλει μὴ τελευτήσῃεν ἢ τύχη, φησὶν οὗτος, ἐπινοουμένον ἔξωθεν τοῦ ναί, εἶδε γὰρ τύχοιεν παρὰ τῶν θεῶν ἂν καὶ ἡμῶν φρονοῦσιν, τουτέστιν ἄπερ ἡμῖν ἀπειλοῦσιν αὐτοὶ πάθοιεν, καὶ ὄντως ἂν εἰ γένοιτο τοῦτο, ἀπολεσθεῖεν ἂν σὺν αὐτοῖς ἐκείνοις κομπάσμασι πανώλεθροι καὶ παγκάκως. Talia probabilia visa esse Hermanno permirum sane est, praesertim cum praesto esset interpretatio scholiastae Medicei qui versu 532 cum v. 533 coniuncto prope ad verum accessit hac interpretatione: εἶδε γὰρ παρὰ θεῶν τύχοιεν ἐπαξίως ἂν φρονοῦσιν ἀνοσίων καὶ ἀλαζονεύοντα, ἐπὶ τῶν ἀσπίδων κομπάσματα ἔχοντες: nisi quod quae optat Eteocles, acerbè et cum irrisione hostium dieta esse non perspexit. Optat enim Eteocles ut hostes ipsis illis impiis iactationibus (i. e. nulla alia re) ea quae cogitant, a diis consequantur: nam sic certissime eos perituros esse sperat et insolenter sese iactantibus hostibus percommode suum ἀνδρα ἄρομπον v. 535 obicit. Spreto igitur et traiectionis et lacunae artificio librorum memoriam recta interpunctione et sana interpretatione tueri licet. —

Nec Amphiarai quae sequitur descriptio ab eodem traiectionis artificio libera mansit accedentibus adeo ad Hermannianam Prienianamque traiectionem commentis quibusdam Schwerdtlii qui Quaest. Aeschyl. crit. p. 24 codicum auctoritatem ne flocci quidem ut videtur faciens effrenata et incredibili quadam traiectionis libidine longe omnes criticos superavit. Quae quidem traiectionis primum ad hos quattuor versus spectat:

τὸν ἀνδροφόντην, τὸν πόλεως τεράταρα,
 μέγιστον Ἄργει τῶν κακῶν διδάσκαλον,
 555. Ἐρινὸς κλητῆρα, πρὸς πόλον φόνου,
 κακῶν τ' Ἀδράστῳ τῶνδε βουλευτήριον·

quos versus Hermannus excepto v. 554 quem pro interpolato habuit, post v. 559 collocandos et epitheta illa ad Polynicem referenda esse putavit. Haec enim in Polynicem quadrare, Tydeo autem non satis apte convenire dixit et sic etiam καλεῖ habere quo referretur. Eamque sententiam probavit Engerus p. 56, nisi quod v. 554 pro interpolato non habuit. Contra Prienius item de traiectione cogitans et epitheta illa in ambos Tydeum et Polynicem distribuens v. 553 et 554 loco non movendos, versus autem 555 — 556 post v. 559 collocandos esse censuit: praeterea versum 554 pro interpolato habitum ab Hermanno disiectis et distortis singulis verbis sic scripsit: Ἄργει μέγιστον τὸν κακῶν διδάσκαλον: quo nihil excogitari invenustius potuit. Denique Schwerdtlius novarum traiectionum hariolationumque appetens v. 553 et 556 ad Tydeum rettulit, ad Polynicem autem v. 554, quem ‚certissima‘ si dis placet emendatione sic esse scribendum: μέγιστον ἔργῳ νεικέων διδάσκαλον sibi persuasit eundemque versum post v. 559 collocavit: tum v. 555 non minus temere correctum adeo cum v. 565 coniunxit ambos versus post v. 567 collocans, postremo id quod ne umbram quidem probabilitatis habet, cum duobus versibus illis v. 582 ex Eteoclis responso huc ascitum copulavit. Reliqua si qui talibus delectantur, ex ipsis illis Quaest. Aeschyl. sibi sumant: equidem satius duco tralaticium versuum ordinem his fere argumentis ab omni traiectione liberare. Ac primum quidem Tydeum praecipuum belli Thebani auctorem fuisse cum omnino constet tum inde cognosci potest quod nuntius eum non modo primum inter duces Argivos commemorat, sed etiam rixarum quae exortae erant inter Tydeum et Amphiarum vatem qui bellum illud dissuaserat, mentionem facit v. 363: θένει δ' ὀνειδέει μάντιν Οἰκλειδην σοφόν, | σαί-

νειν μόρον τε καὶ μάχην ἀφνεχίη. Accedit quod Tydeus ut Aetolus agresti et duro animo fuisse dicitur. Quare convicia ista omnia dici nequit quam apte Tydeo conveniant, contra Polynici propterea parum accommodata sunt quod Amphiarum vatem minime decebat in Polynicem ut *δαιμονῶντα* (v. 985) tam fortiter et aspere invehi, nec si ante invectus fuisset, eundem postea leniter et remisse tractare v. 560 sqq. Gravissimo autem argumento qui traiectionem versuum illorum commendat, hoc utuntur quod v. 555 quae commemorantur epitheta *Ἐρινός κλητὴ* et *πρόσπολος γόνου* ad Tydeum referri posse negant, quod prorsus falsum est. Tydeus enim ut auctor belli Furiae stator et caedis administer est, non ipse Polynices, ut quem invitum Furiae patris persequantur et qui non administer caedis, sed ipse illius auctor et effector sit. Reliqua argumenta quibus ad probandam traiectionem suam Prienius usus est, veluti additus uno, omissus altero versu articulus, aequabilitas quaedam orationis et verbum *καλεῖ* quod obiecto carere videtur, tam levia sunt et infirma, ut inde de tralaticio versuum ordine nulla oriri dubitatio possit. —

Videamus nunc quid de v. 565 et 582 iudicandum sit. Quorum priorem traiciendum esse etsi male suspicatus est Schwerdtius, tamen de emendatione nescio an recte senserit. Versiculus enim ille quem pro interpolato habuit Prienius, sic scriptus in omnibus libris:

μητρός τε πηγὴν τίς κατασβέσει δίκη;

commodum explicatum vix habet. Quamquam vulgaris scripturae patrocinium suscepit ipse Hermannus, quae iustitia matrem exlinguet interpretatus quem secutus videtur esse etiam Welckerus Mus. Rhen. vol. XI p. 315 commodè neglectum matris fontem sive uberem cum capta urbe componi contendens. Atqui Amphiarum Polynici patriae bellum illaturo maledicentem non de fonte materno nescio quo, sed de exilio patriae loqui verisimile est. Igitur si forte pro *μητρός τε πηγὴν* legeremus hoc loco *κακῶν τε πηγὴν* quod apud eundem Aeschylum extat Pers. v. 740, recte sese haberet versus ille: sed cum communi omnium librorum consensu *μητρός τε πηγὴν* scriptum sit, ex scriptura illa quae oscitanti librario debetur, eruenda est vox quae et significationem mali sive exitii et litterarum similitudinem cum librorum scriptura *μητρός* communicet. Atque hanc ipsam voculam feliciter indagasse videtur Schwerdtius suum *κηρός* proponens nisi quod *κηρός τε* scripturae praefere maluit *κηρῶν τε* quod non probo. In eandem emendationem illud *κακῶν πηγὴ* in mente habens proprio Marte incidendam, postquam eandem *κηρ* voculam aliquoties ut videtur oblitteratam in libris etiam v. 271 eiusdem fabulae instauravi, ubi quamquam et versus et sententia emendationem illam pro futilissimo librorum commento *καρδίας* flagitat, tamen uti ea nesciit Engerus nimirum curas vicinas pectoris (*γείτονες δὲ καρδίας μέριμνα*) absurde dici negans p. 49 et dissimiles locos comparans Agam. v. 943 et Choeph. v. 1020, ubi nec de curis nec de vicinitate sermo est. —

Quaeritur denique quomodo perpoliendus sit v. 582:

αἴης ἄρορα θάνατον ἐκκαρπίζεται.

quem iniuria pro interpolato habuit Hermannus. Nam et sententia cum qua apte comparare possis quae Pers. v. 823 leguntur: *ὑβρις γὰρ ἐξανθοῦσ' ἐκάρπωσε σιάνην αἴης, ὄθεν πάλαντον ἐξαμῆ θέρως* et singula verba excepto quidem *ἐκκαρπίζεται* Aeschyli ingenio sane quam digna sunt. Quid? quod interpolationis suspitio diluitur etiam hoc argumento quod *καρπός οὐ κοιμιστός* verba quae praecedunt, seorsum posita non habent quo referantur. Haec igitur arctissime cohaerere cum eo de quo disputamus versu tam est in promptu ut id iam

pridem perspexerit; Schuetzius versus illos hoc modo coniungens: *καρπὸν οὐ κομιστέον | αἴτης ἄρουρα θάνατον ἐγκαρπίζεται*. Sed in his et de *ἐγκαρπίζεται* verbo iure dubitationem movit Hermannus neque Aeschylia videtur esse *καρπὸν ἐγκαρπίζεται* locutio. Accedit quod ne significatio quidem huic loco apta est. Etenim si recte sentio, non hoc simpliciter dicit poeta agrum perniciosum (i. e. malam societatem) mortem tanquam malum fructum proferre — nam hoc de quovis agro dici potest —, sed hoc potius dicere voluit, valde augeri fructum illum in tali agro. Quae cum ita sint, sic scribendum puto:

*καρπὸς οὐ κομιστέος
αἴτης ἄρουρα θάνατος ἐγκαρπιάζεται.*

Ἐγκαρπιάζεται autem verbi usus nescio an probabilis fiat hac Hesychii glossa: *καρπιάζεται· κραινεσθαι, διασχυρίζεσθαι καὶ διαμάχεσθαι*. —

Reliquum est ut de tribus locis dicatur quos item cum alii critici tum Prienius traiciendo sanare conati sunt: quarum traiectionum duas iure reiecit Engerus et de una quidem quae ad v. 631 sqq. spectat, tam plene et perspicue p. 55 disputavit, ut nihil habeam quod addam, alterum autem locum v. 1021 sqq. etsi non minus recte ab importuna Prienii traiectione liberum esse voluit, tamen interpretatio ipsa quam proposuit Prienianae simillima probari nequit. Locus enim ille sic scriptus in editione Hermanniana:

*τάρον γὰρ αὐτὴ καὶ κατασκαφὰς ἐγώ,
γυνή περ οὔσα, τῆδε μηχανήσομαι,
κόλπη φέρονσα βυσσίνον πεπλόμαιος,
καὐτὴ καλύψω, μηδὲ τῷ δόξῃ πάλιν.*

profecto nihil habet in quo offendas. Prienius autem ubique nodum quaerens tum de lacuna cogitare, tum in scriptura *καὐτὴ* nescio quid vitii suspicari, denique desiderare obiectum participii *φέρονσα*. Ad meras igitur scholiastarum nugas participium *φέρονσα* voce *γῆν* explicantium confugiens coniecturam Halmii *καὶ γῆ* in locum probae librorum scripturae *καὐτὴ* substituit ordinemque versuum 1023 — 1024 invertit. Neutrum quidem probavit Engerus: sed participium *φέρονσα* consimili ratione ad *τάρον* et *κατασκαφὰς* tanquam ad obiectum rettulit idque rationibus grammaticis accommodatum esse existimavit. Atqui et rationes grammaticae et sententiae integritas postulat ut *φέρονσα* referatur ad *τῆδε* pronomen quod proxime praecedit et ex quo facile eruere possis *τόνδε*. Nec profecto mirum est quod Antigona mortuum fratrem in sinu byssinae vestis sese efferre velle dicit, quippe quae habita ratione edicti senatus Thebani suum *φέρονσα* non incommode opponat verbis praeconis v. 998 *ἔξω βαλεῖν ἄδαπιον* et v. 1008 *ἄταμον εἶναι δ' ἐκφορὰς φίλων ὕπο*. Ceterum eodem spectat quod est in Sophoclis Ant. v. 43: *εἰ τὸν νεκρὸν ξὺν τῆδε κορυφαῖς χερεῖ*. —

Accedamus denique ad tertium locum:

*εἵπερ κακὸν φέροι τις ἀσχίνης αἴτηρ,
665. ἔστω· μόνον γὰρ κέρδος ἐν τεθνηκόσιν·
κακὸν δὲ κῆρυγῶν οὐ τιν' ἐνελείαν ἐρεῖς.*

qui quidem ut omnium difficillimus, ita ad faciendam criticam accommodatissimus utilissimusque est. Primum quidem et sententia et oratio admodum hiat, si primum versum cum secundo coniungas: neque extare puto simile exemplum tam durae constructionis quae in protasi *εἵπερ* c. opt., in apodosi imperativum habeat. Deinde cur Eteocles ipsos mortuos verbis illis *μόνον γὰρ κέρδος ἐν τεθνηκόσιν* praedicet, parum liquet nec quale tandem sit *κέρδος* illud. De-

nique quicquid horum attingeris, ulcus est. Nam tertius quoque versus et misere claudicat trochaicum εὔ | κλειαν in quinto pede habens et sententiam continet tam exilem et frigidam, ut qui sic scripsisse Aeschylum putet, ab illius poetae ingenio tam alienus sit quam qui maxime.

Videamus nunc quid harriolati sint critici. Ac Schuetzius quidem primus traiectionem versuum illorum excogitavit v. 665 ultimo loco collocans, quam traiectionem etiam Hermannus in commentario suo commendavit totum locum sic interpretatus: „sane (inquit) declinare fratrem, si malum hoc, non punire ferocientem, sine turpitudine ferre possem: sed quae mala simulque turpia sunt, non dicas laudanda. Esto (congregiar cum fratre): solum enim apud inferos lucrum est, i. e. in morte.“ Paullulum aliter sed non rectius versus illos explicavit Prienius ceterum eandem traiectionem probans, qua tamen difficultates quas supra dixi non modo non removeri, sed augeri apertum est. Nam qui ante male cohaerebant versus (664 et 665), nunc si v. 664 cum v. 666 coniungas, ne ferri quidem possunt: tam intolerabili constructionis insolentia ac duritie ab optativo ad indicativum et a *τις* pronome ad secundam personam transitur: quod facile sentiet qui locum illum vertere velit, sensitque ipse Prienius, cui vertenti ad coniungendos explicandosque duos versus illos totius enunciati interpositio adhibenda fuerit. Nec plus profecit Blomfieldius hac interpunctione cum Turnebo et scholiasta Mediceo usus:

εἴπερ κακὸν φέρει τις, αἰσχρῆς αἶερ
ἔστω κτλ.

post v. 665 autem duos tresve versus intercidisse suspicatus. Cuius lacunae suspitio vel hoc argumento prorsus removetur quod aequabilitas sermonis Eteoclii numerum ternorum versuum non excedentis turbari nequit. Nec primi versus interpunctio illa quam etiam Dindorfius in altera editione Oxoniensi secutus est, quicquam commendationis habet, cum neque sententia illa „si quidem malum quis tolerat, sine dedecore esto“ cum eis quae sequuntur verbis particula γὰρ annexis apte cohaereat et meliores libri omnes non φέρει, sed φέροι exhibeant. —

Sed iam omnibus nervis contendamus, ut quid tandem scribendum sit, probabili coniectura assequamur. Fac igitur tralaticium versuum ordinem verum esse: at duo priores versus quos male cohaerere supra diximus, quo tandem artificio coniungendi? Disiungendum igitur unum versum ab altero et priorem quidem sic interpungendum esse puto:

εἴπερ κακόν, φέροι τις αἰσχρῆς αἶερ.

iam sententia illa „si quidem malum est (i. e. mors), feratur sine dedecore“ cum proximo versu optime cohaerebit: nisi quod negari sane nequit non satis perspicua esse huius ipsius versus verba: μόνον γὰρ κέρδος ἐν τεθνηκόσιν. Vix enim perspicitur cur Eteocles in ipsa morte vel potius in mortuis solum lucrum quaerendum esse dicat. Nec silentio praetereundum est in multis libris non ἐν, sed ἐν extare et in his ipsum esse Mediceum, in quo Ribbeckius ἐν, Mommsenus ἐν (m. rec.) sese repperisse testantur. Unde facile conicient qui harum rerum usum quendam habent, pro ἐν τεθνηκόσιν scribendum esse εἰς τεθνηκόσιν, ut fortiter occumbentes praedicare putetur Eteocles. Sed hoc quoque vereor ut sic scripserit Aeschylus. Mediceus quidem habet τεθνηκόσιν, sed ceteri τεθνηκόσι, Par. B vero adscripto τεθνηκόσι praebet τεθνηκόσι atque hoc ipsum non dubito quin a poeta scriptum sit. —

Emendatis tam prospero successu duobus prioribus versibus non est quod de tertio corruptissimo sane omnium desperemus: quem sic ut scriptus est in libris, non esse pro-

fectum ab Aeschylo supra iam significavimus. Sed cave versam habeas pro interpolatio quippe qui non solum aequabilitate illa sermonis Eteoclii defendatur, sed etiam eo quod *κέρδος* illud secundi versus paullo uberiore explicatione necessario eget. Nec quicquam adiuventi codicum memoria suppeditat: in his enim sicuti in veteribus editionibus parvo tantum discrimine non *κέρχρῶν*, sed *κ' αίσχρῶν* extat, nisi quod Robertellus singulari sane discrepantia *κ' αίσχρῶς* habet. Nihil igitur reliquum est nisi ut ingenio nostro indulgentes hoc quidem loco praeter consuetudinem ad paullo audaciorem emendationem confugiamus. Qua emendatione si tot tantaque incommoda qualia iam commonstravimus veluti non satis perspicuum *κέρδος* illud, versus tertii vitiosum numerum sententiaeque exilitatem ne mediocri quidem poeta dignam removerimus, non uno nomine gratulandum erit versui nostro. Ne multa, haud scio an sic scripserit Aeschylus:

θανόντα δ' αίσχρῶς οὐκ ἔν' εὖ κλύειν ἐρεῖς.

Primo igitur versu Eteocles mortem quae immineat, sine dedecore ferendam esse dicit, secundo sese paratum esse ad mortem illam (*ᾄστω*), cum fortiter occumbenti lucrum sive praemium propositum sit: tertio denique versu qua in re positum sit lucrum illud, sic explicat ut turpiter occumbentem bene audire neget. —

De reliquis duobus locis ad ultimum carmen choricum spectantibus v. 932 sqq. et v. 981 sqq., quos item panacea sua traiectione sanare animum induxit Prienius, perdifficile et lubricum iudicium est. Sed ne harum quidem traiectionum verum fateri si volumus commendatio tanta ut si quis caute facitare artem criticam velit, omnino eas probare possit. —

Scr. Conicii m. Jun. a. MDCCCLVII.

